



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

154. Dominica 5. Post Pascha. De dono Orationis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Sabbato post Dom. 4. post Pasch. 269

principijs derivatur. Cùm certus de fide sim,
quòd visio beata Dei non obtineatur, nisi
amore Dei, & quòd eadem visio sit præmium
amantis Deum, & quòd amare Deum ne-
queat ullus, nisi ante cognoscat, possūmne
in alia re occupari, quàm in consideratione
Dei? possūmne aliud, quàm Deum amare?
Certè si depellendæ miseritæ, & acquirendæ
beatitudinis causâ faciunt omnes homines,
quidquid vel boni, vel mali faciunt; & bea-
titudo mea sita sit in Deo solo, resolvam me
ad hunc unicè querendum in omnibus,
semper, & amplius, donec invenero, & frui-
tus fuero. *Si quotidie oporteret nos tormenta*
perferre, si gehennam ipsam parvo tempore tol-
lerare, ut Christum rideo digni essemus ve-
nientem in gloria, & Sanctorum ejus numero
sociari, nónne erat dignum pati omne, quod tri-
ste est? Ita D. August. Serm. 2. de omnibus
Sanctis.

MEDITATIO. CLIV.

Dominica 5. post Pascha.

De dono Orationis.

Aspiciam Dominum liberalissimum dar-
volentem, quidquid petierimus. Petam
cum Apostolis: *Domine, doce nos orare, Iuc. II.*

Conf. 1. Ineffabilem Domini ei ga nos be-
nignitatē, ut loquitur Petrus Chrysol: Serm.

M. 3. 70. Sup.

270 Dominica 5. post Pascha.

70. Supplicandi normam ipse tibi, qui exornatus est, induxit ad amoris indicium, Rex ipse functus est officio advocati, ut preces, quibus responsurus erat, ipse dictaret, juxta illud ad Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet, nescimus.

Conf. 2. Præstantiam orationis Dominica ab Augustino explicatam Ep. 121. [ad Probam, c. 12. Si omnium sanctorum precacionum verba transeamus, quantum astimo, non invenias, quod ista oratio Dominica non contineat. Vnde nihil aliud petere licet a Domino, quam quod ista oratione comprehenditur, quamvis ipsa eadem etiam alio verbis liceat postulare.

Conf. 3. Septenum esse gaudium nostrum a Deo, quod ut sit plenum petere debemus.
1. Est agnitus Dei, eiusque perfectionum.
2. Præsentia ejus in celo. 3. Præsentia ejus in terra. 4. præsentia ejus in unione ejus cum Verbo. 5. Præsentia ejus in Ecclesia, quam jure naturæ, rationis, & gratiæ regit. 6. Præsentia ejus in proximis meis, præserim sanctis suis, quos tam mirabiliter illuminat, & inflamat. 7. Præsentia ejus in me remissis peccata, emendans vitam, Spe vitæ atenans me ditans. Hæc sunt initia gaudiorum, rogandusque Deus est. ut gaudium nostrum sit plenum, ut Spes fiat res, Fides fiat species.

Conf. 4. Verba D. Basilij; Duo sunt orandi modi

Feria 2. Domin. 5. post pascha. 271

modi, unus laudis cum humilitate, secundum peti-
tionis, ab illo autem priori exordium sumen-
dum est: Atque Eucharistia est Laus Dei, ab
eius igitur Communione incipiam, memor
moniti D. Ambr. in c. II. Luc. *Quis nobis ami-
cior, quam qui pro nobis Corpus suum tradidit?*

MEDITATIO CLV.

Feria 2. Domin. 5. post Pascha.

Qui sunt tres panes petendi.

Audiam Dominum loquentem: *Qui au-
tem ex vobis Patrem petit panem, nunquid
lapidem dabit illi? aut piscom, nunquid pro pisco
serpentem dabit illi? aut si petierit ovum, nun-
quid porriget illi scorpionem?* Petam intelli-
gere verba Domini, & juxta ea orare.

Conf. 1. Quomodo Dominus per piscem
intelligat Fidem Dei: ut enim piscis sub aquis
nascitur, sic Fides per Baptismum invisibilis
gratiā consecratur in homine, invisibili au-
xilio Dei nutritur, & invisibilium præmiorū
intuitu operatur, & mundi fluctibus circum-
jectata non frangitur: per serpentem autem
intelligit Dominus infidelitatem, quam ser-
pens primus homini inspiravit.

Conf. 2. Quomodo Dominus per ovum
intelligat Spem promissionum Dei: ovum
enim nondum perfectus foetus, sed speratur:
per scorpionem autem desperationem: quia

M 4 scor.